QUid nãqꝫ eſſe dicimuſ quod ple
rũqꝫ in ipſis quoqꝫ patrocinijs
martyrum ſic eſſe ſentimus vt
non tanta per ſua corpora quã-
ta beneficia per reliquias oſtendant: atqꝫ
illic maiora ſigna faciant vbi minime ꝑ
ſemetipſos iacent. ¶ Gregorius.

Sancti ope- antur qñqꝫ vbi nõ iacẽt corporaliter: quare

UBi in ſuis corporibꝰ ſancti mar-
tyres iacent dubium petre non
eſt quod multa valeant ſigna mõ
ſtrare ſicut et faciunt et puramen-
te querentibus innumera miracula oſten
dunt. Sed quia ab infirmis poteſt menti
bus dubitari: vtrum ne ad exaudiendum
ibi preſentes ſint vbi conſtat quia in ſuis
corporibus non ſint: ibi eos neceſſe ẽ ma-
iora ſigna oſtendere vbi de eorum preſen
tia poteſt mens infirma dubitare. Quo-
rum vero mens in deo fixa eſt: tãtomagis
habet fidei meritum: quanto illic eos no-
uit et non iacere corpore et tamen non de-
eſſe ab exauditione. Unde ipſa quoqꝫ ve-

Quid ſit illꝯ

ritas: vt fidem diſcipulis augeret dixit: ſi
non abiero: paraclitus non veniet ad vos

Jo. xv. ſi ego nõ abiero ꝛc.

Cum enim conſtet quia paraclitus ſpiri-
tus ex patre ſemper procedat et filio cur ſe
filius receſſuruꝫ dicit: vt ille veniat: qui a
filio nunqꝫ recedit? Sed quia diſcipuli in
carne dominum cernentes corporeis hũc
ſemper oculis videre ſitiebant: recte eis
dicitur: niſi ego abiero: paraclitus non ve
niet: ac ſi aperte diceretur. Si corpuſ non
ſubtraho qui ſit amor ſpiritus non oſten-
do: Et niſi me deſieritis corporaliter cer-
nere nunqꝫ me diſcitis ſpiritualiter ama-
re. ¶ Petrus Placet qᵭ dicis. ¶ Gre.

ALiquantũ iam a locutiõe ceſſan
dum eſt: vt ſi ad aliorum miracu
la enarranda tendimus: loquen-
di vires interim per ſilentium
reparemus.

¶ Explicit ſcd's liber Dyalogorum beati
Gregorij pape de vita et miraculis beatiſ-
ſimi patris benedicti abbatis.

FINIS.

SLUB Wir führen Wissen.
UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK LEIPZIG
KLOSTERSTIFT ST. MARIENTHAL